


Oratio de pietate, ... In
regia Academiâ
Gustavianâ, quæ Dorpati
... 21 dece...

Tvetovius, Laurentius Johannis,

F1700 2558/8



National Library
of Sweden



Sv. Saml.
#482.1700
Litt. Nylst.
Joh. Arnis.

F 1700
2558



ORATIO
DE
PIETATE,

Quam,
Deo Duce atq; Auspice,
In Regia
*Academia Gustaviana, qua Dorpati
est ad Embeccam, 21. Decemb. Anno 1636.
in Auditorio majori publicè
habebat*

LAURENTIUS JOANNIS
Tvetovius, Smolandus.



DORPATI LIVONORUM
Exscripta typis Acad. Anno M. DC. XXXVII.

ORATIO

PIETATE

DOCTORIS

JOHANNIS GREGORII

IN

ACADEMIA

ALMA MATER

S. E. O.

Radix, inditam & adventitiam habet Felicitatem. Intus optimè se habet: quoad Habitum, est ut firma & optimè radicata arbor, secundum aquarum ductus constanter permanens, & tanquam fluente doctrinæ cœlestis potatur & alitur, & ductu ministerioq; sancto in Ecclesiâ Dei confirmatur. Quoad Operationes, fert fructus bonos. Quoad ornamentum & commoditatem, est ramorum & foliorum stabilitas, ut, quemadmodum ipsa arborum folia, tum fructibus earum, tum animantibus commoda sunt atq; decorata tegmina & umbracula; sic opera pij ad commoditatem & utilitatem Ecclesiæ atq; Reip. conducibilia sunt futura.

Concomitatur pium adventitia Felicitas, & foris omnia quasi ultrò fluunt, in omnium commodum cessura, ipsisq; pijs ex animi sententia servitura.

Quam rem cum pulchrè secum meditatus sit, Doctrinâ Pietate & Humanitate Ornatissimus Dn. LAURENTIUS JOANNIS TWETOVIUS, Smolandus, quod felix & faustum sit, doctè conscriptâ oratione, cras pro concione in Auditorio majore hora 9. mat: eandem eloquetur.

Per Illustrem & Generosissimum Dominum, Dn. BENEDICTUM OXENSTIERNA, Li Baronem in Ekesholm & Söderboo/ SS. Reg. Maj. & Regni Svecici Archistabularium, Generalem Governatorem Livoniæ & Ingriz &c. Dominum nostrum Gratosissimum:

Admodum Rev. Nobiliss. Consultiss: Experientiss: Clariss: & Excellentissimos Regiæ hujus Academiæ Dn. Professores, Collegas nostros observanter colendos:

Nobilis: insuper & Literatis: Dn. Studiosos; humili-
ter, observanter & amicè invitamus, & rogamus, ut dicto
tempore adesse haud graventur; Intelligent verè scripsisse,
qui scripsit;

*Admoveret ad solem pullos Jovis ales, adunca
Vngve tenens sobalem dum probat ipsa suam.
Si radios spectent illa solumine veros,
Agnoscat: si non, deficiat atq; necat.
Sic quoq; germana Sobolis falsa q; periculum,
Æthereâ Genitor qui manet arce, facit.
Nam veros censes, qui mentem ad sidera tollunt;
Sed spurios, quorum mens gravis ima petit.*

Per scriptum Dorpati 20. Decemb. Anno 1636.

V. J. G.

hum.

V. R. D.

obser.

V. H. amicè colens

LAURENTIUS LUDENIUS

J. U. D. Prof. & p. t. R.

ORA.

ORATIO
DE PIETATE.

Sunt res; Perillustres & Genero- Propositis
Exordio
sissime Domine, Dn. BENEDICTE
OCHSENSTIERNA, Liber Baro in
Ekebyholm & Söderboo / Sancta Regia
Maj. Svecia Archistabularis, & per Livoni-
am atq; Ingriam Generalis Gubernator, Domine Gratiofissime:

Magnifice Dn. Rector, Admodum Reverendi, Nobilissimi,
Consulefissimi, Amplissimi, Excellentissimi, Clarissimi & Prestan-
tissimi Viri, studiorum meorum Promotores, Fautores & Prae-
ceptores longe dignissimi: Tuq; Nobilissima atq; Literatissima
Studiofa juventus: Sunt res, inquam; quibus deditq; est Juris-
Consultus. Sunt res, quas studio prosequitur Medicus: Sunt res,
quibus gaudet Politicus: Sunt res, quas amore complectitur a-
conomicus: Sunt virtutes, quas omnium primo amat Ethicus:
Inter omnes autem res Pietas caeteris est preferenda.

Pietatem enim fundamentum & radicem omni virtutis, co- Ratio 6.
litusq; regni politici, adeoq; societatis humane esse, manifestum est.

Pietas nos Deo conjungit: Pietas amica est parentibus, 2.
grata Deo, Dominum conciliat: necessitudines fovet: Dei est
cultura: merces parentum; filiorum stipendium. Pietas, justo-
rum tribuunt, egenorum portus, miserorum suffragium, indulgens
etia peccatorum.

Conspicuum est, ac inter omnes constat, quod nihil sub Luna 3.
Pietate fit utilius.

D. Paulus 1. ad Timoth. 4. Profanas, scribit; & aniles 4.
fabulas avertere; exerce autem seipsum ad Pietatem. Corpora-

is enim exercitatio ad pauca utilis est; At, Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vite presentis & futurae.

Concl. Ex-
ord. &
Transitio
ad Narr.
Narratio-
nis Antec.

En! quos fructus promanant ex ista radice! sed, accidit, ut Epicurum, Sardanapalum & alios non inveniat cultores!

Vixit Epicurus, Pietatem omnesq; artes & disciplinas spernens. Vixerunt, dicentes Deo, Recede à nobis: Namq; nostrarum viarum tuarum non delectamur: quid omnipotens, ut colamus eum? & quid nobis proderit, si adora verimus illum?

Medium.

Adhuc multi sunt (proh dolor) quorum venter Deus est; qui Bacchanalia vivunt; qui Deum negligunt; qui impiè vivunt.

Conseq.

Hinc adhuc sunt qui Deum nesciunt. Epicuri sectatores sunt, qui ore Pietatem decantant; atq; quorum mentes obsidet statuarum cultura; sensus possidet simulachrorum cultus; oculos occæcat imaginum nitore; actiones temerat idololatria: sunt qui se Deos esse sibi imaginantur, & cum Alexandro Magno, divinos honores expeunt.

Concl.
Nar. &
Trans.
Propositio
bimembris
Resitio.

Ne hoc malum audiatur in perpetuum?
De Pietatis indole (Deo me adjuvante) quadam in medium proferam: eiq; studendum esse dicam.

A vobis, Auditores inclyci, quã possum humilitate, quã deo observantiã & Modestiã, unice contendendo, ut gratiosissimas, faventes & benevolas mihi non tantum aures accommodetis; verum etiam (cum omne mei ingenii & conatus per fugium in vestro favore situm sit) meam in dicendo tenuitatem felicissimè sublevesis.

1. Pars cõf.
ejusq; Arg.
2. quotupli-
citer acci-
piatur.
Prop. 1.
Rat.

Quod dum tribui concediq; mihi à vobis sentio; dixero, quod quandoq; Pietas accipiatur, pro amore filiorum erga parentes & propinquos.

Sic Poëta de Ænea loquitur:
Hinc latus Æneas, Pietas spectata per ignes
Sacra, patremq; humeris altera sacra tulit,
An magis hunc morem Pietas Æneia fecit;
Innocuum victo cui dedit ignis iter.

Act.

Accipitur Pietas pro amore civium erga patriam.

Prop. 2.

Sic Antoninus Imperator, postquam dixerat, Malle se unum
civem servare, quam mille hostes occidere; Exinde dicitur esse
Antoninus Pius.

Rat. 1.

Inde in Romano Imperio usus obtinuit, ut ab amore in patri-
am, singuli Imperatores illud agnomen accipiant, ut Pii vocentur.

Rat. 2.

Improprie etiam Pietas de vrbis dicitur.

Prop. 3.

Ue, quando eximia Ciconis inesse Pietas narratur, ut quan-
tum temporis impenderint fatibus educandis, per tantum & ipsa
à pullis in vicem alantur.

Rat.

Deus etiam dicitur Pius.

Prop. 4.

Veluti quando Pietatem Dei erga genus humanum, miseri-
cordia, benignitas, beneficentia, & ejusmodi nominibus expri-
mimus.

Accipitur tandem Pietas proprie, pro legitimo & spiritali
Dei cultu.

Prop. 5.

Sic Christiani in Pietate sunt assidui.

Rat. 1.

Et Pietas, quæstus magnus esse.

2.

Singulas Pietatis acceptiones plenius deducere, jam nostrum
non fere institutum. Suffecerit Pietatis indolem, in ultimâ mo-
dò significatione uei accipitur, exposuisse.

Arg. 2. in
qua signif.
accip.

Siquidem Dei cum simus filii, & subinde oremus; Pater no-
ster qui es in cælis: merito cognoscemus, quâ Pietate Deum colo-
re debemus.

Rat.

Verum non sine dolore dixero, quod sine plurimi, qui hanc
Pietatem abnegant!

Arg. 3.

An sic?

Et ideo aspernantur, quod iter sit salebrosus ad illam perve-
niendi. Sed, ô molles & delicatos! an non difficilia quæ pulchra?
annon ardua vincunt? frangant nucem, si esse volunt è nucem nu-
cleum.

Prop. 1.

non est.

Rat. 1.

Sunt homines luxuriâ pleni; sunt vberi dediti; sunt aya-
ri, qui Pietatem nosciunt.

2.

Sunt,

3. Sunt, probi homines, decentes sine exercitio religionis posse
constare Politicā; ut Machiavellistarū plurimi volunt. Sic Rex
Cambyses majoris Cyri filius, templū Ammonis Jovis combussit.

4. Sunt homines qui abhorrent à lectione Biblica; prout Her-
molaus Barbarus ad Sodoletum scripsit, se legendo Biblia dedidi-
cisse Latinitatem.

3. Sunt & Athei, qui Deum planè negant. O perverſitate
hominum! ô dementiam! ô insignem eorum labem! qui Pietatem,
quā nihil pulchrius, nihil utilius, nil constantius hominum generis
datum est, tam parvi pendunt, negligunt & spernunt.

Contra sunt, qui Pietatem, verunt, & Deum super omnia
colunt.

Prop. 3.
est.

Rat. 1.

Sic de Paulo Apostolo in Actis legimus, cum esset Tyri, ab
Agabo Propheeta, & à Spiritu Sancto fuisse prædictum, quod vin-
cula tribulationesq; passurus Hierosolymis esset: ipse tamen eodem
Spiritu confirmatus, eò proficisci nequaquam dubitavit, lugenti-
bus discipulis & magistrum indulgentissimum pariter ac doctissi-
mum à proposito deterrentibus: Quid facitis, dixit; flentes &
affligentes cor meum? Ego non solum alligari, sed & mori in Hiero-
susalem paratus sum, propter nomen Domini nostri Jesu Christi,
Ipsis, in insidias incidis; comprehenditur, ligatur, creditur.

2. Sic sunt & fuerunt pii Martyres; Patriarchæ pii, & ho-
mines adhuc sunt Christiani, qui suo Christo adhærent

Arg. 4.
à Definiti-
one.

3. Expositio
definiti.

2. quod
virtus.

Rat. 3.

2.

Pietas hæc est virtus, quæ à Deum rectè cognitum, rectè colitur.

Pietas à Grecis dicitur εὐσεβεία, à concreto εὐσεβής, id est
Pius, si ve Deum timens, à verbo εὐσεβέω id est colo: Et Pius
hoc loco dicitur, qui Deum justo cultu prosequitur.

Est cerè Pietas virtus; quandoquidem cuius innotescit,
quod sic habitus animi, studio & labore sacro acquisitus, non malè
sed boni operativus; & in sancta mediocritate consistens.

Et in tantum Pietas virtus est; ut omnium virtutum mater
& fundamentum salvetur.

Ticero licet Ethnicus, tamen dixit: Pietate sublata, ge- 3.
neris humani societatem tolli.

Poëta hæc & alia pensitans, præclare inquit: 4.
Est meritò Pietas homini curissima virtus.

Ea Pietatis est dignitas, ea auctoritas, ea majestas; ut quod Deū
invitet & cogat nos Deum colere, qui est Pater Domini nostri colat.
Iesu Christi.

Deum Patrem æternum colimus cultu recto; sicut Salomon, cultu, Pro-
Fili, inquit; honora Dominum, & valesbis: præter eum verò ne verbi 7.
simuervs alienum.

Non cultu fœlicitio Deum colimus, ut Turcæ, & Idolorum recto.
cultores, & alii qui carnaliter sapiunt: Sed, cultu recto præcepto
in Scripturâ per Prophetas & Apostolos traditâ: Iuxta dictum Exod. 20.
Iehova; Ne esto tibi ullus Deorum alienorum ante faciem me- 4.
am; ne facito tibi sculpsile, aut ullam imaginem eorum, quæ
sunt in cælis supra, aut quæ in terra infra, aut quæ in aquis infra
terram; non adorabis, neq; coles ea. Sed Deum verum diliges ex
toto corde, ex totâ animâ, & ex totis viribus.

Pietas requirit Dei cognitionem; & cogniti cultum. Arg. 5. d

Erit Dei cognitio, quâ homo statuit esse Deum, eumq; esse partibus.
Optimum & Maximum. Transûpt.
i. memb.

Optimus est Deus: quia nunquam suos relinquit: Maxi-
mus est, quia nulla magnitudine malorum superabitur. Quæ
considerans Psalmista: In Deo, inquit; faciemus virtutem: ipse
tribulantes nos conculcabit.

Sanè, Deum esse, licet multi negarint, omnis tamen creatu- Occupatio,
ra eum esse testatur: Et è visibilibus Ethnici concluderunt in 1. Solutioe
fibilem Deum esse; quoniam creatura eum seipsas producere non
possint; erunt ab alio videlicet à Deo.

Et ipsa in nobis est Conscientia, quæ dicitur Deum esse, qui a.
sciat & videat omnia, quæ facimus.

Deus nos creavit, gubernat, conservat & fovet. 3.

B

Summa

Transum:
2. memb. Summa profectò injuria est, Deum, qui tantà nos benigni-
tate complectitur, tamq̃ benigne suscipiat, non colere.
Certiè erit cogniti Dei cultus in verà Fiducià.
Prop. 1.
Nat. 1. Deo enim Optimo & Maximo in omni cultu & perturbatio-
ne rerum, fide salvifica confidemus.

2. Non bove mactato cœlestia Numina gaudent:
Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fides.

3. A Deo tanquam à fonte fluit omnis felicitas: Et in natura
ita comparatum est, ut imperfectiora serviant perfectioribus: Et
veluti vntones, tametsi in mari nascantur, plus tamen habent
cognitionis cum cœlo, cujus faciem reddunt, ita cum pio ageitur:
Pius & generosus animus, magis à cœlo pendet, undè ducit ori-
ginem: quàm à terrâ, in quâ vivit.

Prop. 2. Deum æternum, omniscium, præsentem scelerum omnium
justum vindicem, virtutis omnia retributorem largissimum, pii
timebunt.

Ratio 1. Timor enim Dei initium Sapienciæ: Et ut filii Deum time-
bimus & diligemus propter seipsum non propter pœnas. Nam
summa mandari est, Dilectio ex corde puro & conscientiâ bonâ &
fide non fictâ.

2. Θεὸν αὐτὸν καὶ πατέρα καὶ υἱὸν ἐὺθεῶς.
Deum colendo cuncta facies protinus.
Ὁμῶς πατρὸς, ἢ υἱὸς ὑμῶν θεῶν.
Ne supra Numen sapere mortalis stude.

3. Noverunt Ethnici, Numina delictis offendi, & propterea
irasci, undè calamitatis sequi autumabant, placari vero victimis.
4. Nos Christiani rectius edocti, juxta præscriptum sacrarum
Litterarum Deum piè timeamus.

Pietas abesse Christiano quî potest?
Namq̃ argumentum mutuum est

Pieta.

Pietatis, esse Christianum: & impiū
Non esse Christo subditum,

Cognitum Deum piā prece colemus.

Prop. 3.

Sic legimus Davidem dixisse: Clamarunt iusti, & Domi-
nus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus liberauit eos.

Rat. 1.

Qui adorat Deum, in oblatione suscipietur, & deprecatio
illius usque ad nubes propinquabit, oratio humiliantis se nubes pe-
netrabit, & non discedet donec Altissimus aspiciat.

2.

Oratio est animæ sancta presidium, Angelo bono solatium,
Diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, & religionis laus
sota, perfecta gloria, spes certa, Sanitas incorrupta

3.

Quæ à Deo promissa, secundum voluntatem Domini, in ver-
bo Sancto revelatam à Deo dari petimus. Contrā: Deprecamur,
quæ vel gloria Dei, vel nostræ salutis & animabus atq̃ corporibus
adversantur.

Prop. 4.

Quid enim oremus, nos latet; qui autem scrutatur corda, scit
quid desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat. Fide-
liter supplicans Deo pro necessitatibus hujus vitæ & misericordi-
ter exauditur.

Rat. 1.

Rom. 8.

Sic: Flectitur iratus vocis gemente Deus.

2.

Consecuti liberationem Deo gratias agemus.

Prop. 5.

Namq̃ Humilitatis nostræ est deprecari, Munificentia Dei
orari: Fidei est postulari, laudis & confessionis est gratulari.

Rat. 1.

Deus ipse, invoca me, inquit; in die tribulationis, eripiam
te, & glorificabis me.

2.

Paulus ad Coll. 4. scribit: In precibus perdurate invi-
gilantes ut cum gratiarum actione.

3.

Cum Davide itaq̃ clamemus: Tua est, Domine, Magnificen-
tia & potentia, & gloria & decor.

Illatio 6.

Et cum Epicteto Philosopho dicamus: Si Luscinia essem, fa-
cerem quod Luscinia, nunc cum homo sim, laudabo Deum, nec ces-
sabo unquam.

2.

Prop. 6. Requirit Pietas, ut res Sacras curemus, & Tempia frequen-
temus omni tempore.

Rat. 1. Sic legimus, Davidem voluisse Deo Templum edificare: &
Regem Salomonem edificasse Templum Hierosolymitanum, illudq;
frequenter.

2. Alphonsum IX. Castilie Regem accepimus trecenta templa
sive Ecclesias edificasse.

3. Iustinianus Imperator, Christiana religionis studiosissimus,
adeo Pius fuit, ut nihil ferè dixerat aut fecerat, nisi prius Divi-
ni Numinis auxilio rite implorato.

4. Aeterna laus est Roberti Francorum Regis, qui adeo diligens
Pietatis cultor fuit, ut non tantum omnibus Sacrorum interesset
horis, sed etiam Hymnos caneret, velut ex-initiatu unus.

5. Quid non pii Martyres secuti sunt? ob Pietatis cultum,
muli ferrà divisi; alii aliis voraginibus submersi, ignibus alii
consumpti; alii precipitati, truncati; lapidibus obruti, bestiis
objecti omnibus res una fuit cura, unum propositum, ne à Pietate
desisterent.

Elucio. Sic Pietatis observatio est, non terrestrium admiratio re-
rum, sed caelestium cura & assidua meditatio.

Arg. 6. à
caus. 28.
Prop. 1. Tantoperè ut Pietati dediti esse possimus, multi id inde fieri
autumant, quod positus siderum tempore Nativitatis sit felix;
verum frustra illud fit: Quandoquidem influxus astrorum est ge-
neralis in concursu naturæ.

Prop. 2. Nos fatemur, quod Liber mundi deest testimonium de Deo, &
nos ad Pietatem instiget.

Rat. Sic de Deo testatur tota rerum natura; quatuor Elementa,
Cælum, lapides, herba, frutices, arbores & omnia animalia brut-
ta, quorum oculi omnium in te, o alme Deus, sperant, & imple-
ntur benedictione: pulli corvorum Deum invocant, acq; cibum ac-
cipiunt.

Prop. 3. Liber est conscientia, qui Pietatem inculcat &

Namq;

Namq̄ Dei notitia manifesta est etiam Ethnicis, ostendunt ^{Rat.} ²⁶
opus Legi divina scriptum in cordibus, testimonium reddentes
illis conscientia: Sic conscientia ad Pietatem Deo debitam insti-
gat, & ex naturali dictamine rationis, respuit malum, & tendit
cur bono.

Nos, qui in Ecclesia Dei vivimus, scimus, quod Filius Dei ^{Prop. 4}
sit vera causa, in nobis Pietatis exercitia promovens.

Namq̄ per Evangelium, quod è Sinu Patris proculis, effi- ^{Rat.}
cax est & monstrat in cordibus nostris aeternum Patrem, & dat
Spiricum Sanctum, qui lucem rectè agnoscentem essentiam & vo-
luntatem Dei in mentibus accendit, siquidem, Nemo novit Pa- ^{Mat. 11}
trem, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

Et ut verbo rem totam comprehendam, dico, quod ad Pietate ^{Prop. 2}
tem instigat Verbum Dei per Prophetas & Apostolos traditum. Sic
legimus in Sacris Literis, quod Pietas ad omnia sit utilis, & ha-
beat promissionem hujus & futurae vitae.

Hinc ut eò expeditis Pietatem sequamur, facit id, quod per ^{Arg. 7.}
spectum habemus, eam in id sese intendere, ut Deum quis agnoscat. ^{objecto.}

Pietas enim unum verum Deum in Ecclesia patet factum, Pa- ^{Rat.}
trem, Filium, & Spiritum Sanctum, juxta doctrinam ab ipso tra-
ditam, agnoscit: Et verè timet iram Dei adversus peccata, &
credit Pius, propter Christum Mediatorem sibi peccata remitti, &
Deum propitium esse: & hanc fidem Sacramentis, à Christo in-
stitutis, ob signat: & prae lucente hâc fide Deum invocat: Prae lu-
cente fide, bona opera exercet, quae in verbo Dei praecepta sunt: &
omnia vitia contraria vitat.

Forma Pietatis, est ipsa notitia Dei, in mente piorum accensa ^{Arg. 8.}
à Spiritu Sancto per verbum Dei. ^{forma.}

Sic enim agnoscimus Deum unum in Essentia, & Trinum in ^{Rat. 16}
Personis; Scilicet Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum,
prout in Baptismate Christi, & passim in Veteri & in Novo Te-
stamento se manifestavit.

*Sic addiscimus, hanc esse voluntatem aeterni Patris, ut omnes,
qui nos amant, & credis in eum, non pereat, sed habeat vitam
aeternam.*

Arg. 9. a
fine.
Prop. 1.
Rat. 1o

Exinde non otiosa, sed negotiosa est Pietas, & omnia eò re-
fert, ut Deus gloriâ & honore à nobis afficiatur.

Omnia enim ad gloriam Dei facere debemus: Et lucebit lux
nostra coram hominibus, ut videant bona nostra opera, & glorifica-
tur Pater noster Caelestis.

2o

Sic ab Abrahamo, Isaac, Jacobo, & aliis piis, Deus honora-
batur in Veteri Testamento. Sic Rex noster Serenissimus & Po-
tentissimus Princeps ac Dominus, Dn. GUSTAVUS ADOL-
PHVS, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rex, Magnus
Princeps Finlandiae, Dux Esthoniae & Carcliae, Dominus In-
griae etc. Dominus & Rex quondã noster Clementissimus, nunc Bea-
rissimus; bellicas expeditiones, fundaciones Academiarum, & o-
mnia in inelyto Regno, ad gloriam Dei retulit.

Prop. 2.

Est Pietas nostra, insimul proximum nostrum informans.

Rat. 1o

Quippè, alios alii ut de religione docerent,
Continuas Pietas iussit habere domos.

2o

Quod considerans Doctor Ecclesiae Hugo, pulchrè dixit: Pio-
tas est ex benigne mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix,
affectio & divini cultus religiosa devotio.

Arg. 10. ab
Effectu.
Rationes.

Et certè, quemadmodum fructus ex arbore enascuntur; ita
omnes virtutes è Pietate profluunt atq; enascuntur.

Pius enim timet Deum; Fide Deo; Sperat in Deum: Est
Humilis; Est Patiens: diligit Deum & proximũ: Non fran-
gitur adversis: & non tollitur secundis prædicat Deum: Invo-
cat Deum: Deo gratias agit: Sabbatum sanctificat: docentes in
Ecclesia fideles Pastores attentè audit; auditores Verbi Divini
diligenter adiuvat; liberaliter confert ad conservationem Mini-
steris. agnoscit ordinationem personarum, veneratur sub iurati-
o

R. gum;

Regum; Magistratum potestatem, & subditorum obedientiam magnificat; Statum maritorum & conjugum, iustitiam pauperum & Liberorum, tucorum & pupillorum conditionem novit, leges à Magistratu præscriptas servat. Sic

----- Vir Pius est quis?

Qui consulta patrum, qui leges servat & æquum.

Sanctam Pietatem oppugnare multi annuntur.

Athei; quales sunt, qui negant esse Deum, quibus abnegatum contemnunt; sunt & Epicuræi, qui negant Dei providentiam, & ventrem pro Deo habent.

Arg. II. à

Repugn.

Rat. 1.

Omnem Pietatem eversam optabat Iulianus Imperator, qui non modo ipse ad Gentilium vanitates à vera religione describit. Sed etiam subditis, ut idem facerent, suavor extitit crudelissimus.

Sublatam omnem Pietatem volunt, qui anila superstitione imbuti sunt; qui Idololatra sunt crassi, ut sunt, qui creaturas adorant. Et cum Annales retrò actorum temporum introspicimus, quàm plurimi nobis enarrantur, qui in tenebris ambula verò, qui truncos, lapides, fontes, & alia sculptilia adoravere.

Sunt & Avari, Idololatra illi subtiles, qui rebus caducis confidunt, & aurum æternæ salutis anteponunt.

Quorsum autem hæc, dicat forsitan aliquis? ut scilicet, A. O. omnes & singuli intelligant, quod Pietatis indolem cognoscere & contemplari non sufficiat, verùm etiam eidem studere unicè con-

2. Pars

confirma-

tionis sigg

1. Arg. ab

Honestæ

Prop.

hæc.

Ratio.

veniat.

Siquidem, præceptis & mandatis Dei, est obediendum.

Quandoquidem Deus est fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios; misericordiam verò faciens in multa villia eorum, qui diligunt Deum & mandata divina observant.

Iam verò inter alia Dei præcepta extat, ut studium Pietatis amplectamur.

Hypothesis.

Nobis enim ita præscriptum est: Tu, ô homo Dei, vicia sorge iustitia, Pietati, Fidei, Caritati, Tolerantiæ & caritati stude.

Rat. 1.

1. Tim. 6.

Es

Tit. 2.

Et alibi in Scriptura palehrè scriptum extat; Illucet gratia Dei saluifera quibusvis hominibus: erudiens nos, ut abnegatà impietate & mundanis cupiditatibus, temperantèr & justè & piè vivamus in prasenti seculo: Expectantes beatam illam spem & illustrem illū adventū gloria magni illius Dei ac Servatoris nostri.

Illatio &
1. Arg. ab
Utili.

Movebit Dei hoc praeceptum omnes Pios: Et us Pietati studeamus, multiplex nos excitabit utilitas & fructus, quem è Pietate in Ecclesiam, Politiam, & œconomiam redundare quotidie cognoscimus.

Transū. 1.

Certè est Pietas utilis in Ecclesia.

Rat.
Joh. 14.

Summa enim beatitudo & felicitas est, si quis Christum diligit; qui dixit: Si quis diligit me, sermonem meū servaverit, & Pater meus diligit eum, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Transū. 2.
Rat.

Et quis non videt, Pietati utilitatem in societate Politica esse maximam? Sic in sacris legimus Literis, Seniores & majores Israelitarum, voci Dei auscultantes, cum observantiâ, omnia Dei praecepta facientes, illos, inquam; hostes & inimicos suos depellere atq; segregare & in omnibus viis suis profectè agere potuisse.

Transū. 3.
Rat.

Euge Pietas! bona plurima possessoribus tuis in Oeconomia confers! Qui enim Pietati studet, benedictus erit ejus ingressus & egressus; factet Deus ut exaltet bonus in fructu ventris sui; in fructu terræ; in fructu iumentorum.

Arg. 3. ab
inutili,
Prop.
Rat.

Contra, qui Pietatem negligit, in eum omnes maledictiones venient. Erit enim maledictus, & percutiet eum Jehova amentia, & cœcitate, & stupore cordis: Faciet Deus ut coram hostibus suis, unâ viâ procedat contra exercitum eorum; ac septem viis fugiat à facie eorum; Immiseret in eum Jehova ipsam maledictionem, vexationem & exitium in omnem rem, ad quam admovebit manum suam quam faciet, donec pereat, propter malignitatem actionum suarum, quia deseruerit Deum.

Peroratio
ejusq; 1.
Repetitio.
Amplificatio.

Sic breviter venerandam Pietati indolem, & quod Pietati unice studendum sit, percepisti.

Appelles pictor, uti queri solitus est, petiisse sibi diem, in quo non duxisset Lincam: ita nos Christiani dolebimus, si quotidie non evaserimus nobismetipsis meliores in Pietate.

Affectuum
motio.

Da, ô alme Deus, ut omne tempus vitæ nostræ impendamus circa opus gloriæ tuæ divinae.

D I X I.

64 *Ap. orations*

